Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ostendam autem vobis: quem timeatis timete eum: qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinque passeres venenum diponditur: et unus ex illis non est in obliuione coram deo Sed et capilli capitis vri: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos Dico autem vobis Omis quicumque confessus fuerit me coram hoibus: et filius hois confitebitur illum coram angelis dei Sm lucam.

In illo tp. D. i. d. s. Qui vos audit: me audit Et qui vos spnit: me spnit Qui autem me spernit: spnit eum q me misit Reuersi sunt autem septuaginta duo: cum gaudio dicentes Domine etiam demonia subiciuntur nobis in nomine tuo Et ait illis. videbam satanam: sicut fulgur de celo cadentem Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones: et super omnem virtutem inimici. et nichil vobis nocebit Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spis vobis subiciuntur: gaudete autem q nomina vra scripta sunt in celis Sm Matheum.

In illo tp. D. i. d. s. Nichil coptum est qd non revelabitur: et occultum qd non scietur Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et qd in aurem audistis predicate super tecta Et nolite timere eos q occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. sed potius eum timete qui pt et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse venunt: Et unus ex illis non cadet super terram sine pre vro vri aut et capilli capitis omis numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus melioris estis vos Omis ergo qui confitebitur me coram hoibus: confitebor et ego eum coram patre meo qui in celis est Offertoo.

Anima nra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est et nos liberati sumus

Letamini in dno et exultate iusti et gliamini omis rti corde.

Gloriabuntur in te omis q diligunt nomen tuum qm tu dne bndicas iustis dne ut scuto bone voluntatis coronasti eos Off. Exultabunt scti in glia letabuntur in cubilibus suis exultationes dei in faucibus eorum Off. Mirabilis deus in sctis suis deus isrl ipe dabit virtutem plebi suae bndictus ds Com.